

scimus aut expectamus, donare hac strena
voluimus, ut videant obtrectatores, nos præ-
ter benevolentiam bonorum & honestam
nominis existimationem nihil amplius expe-
tere.

θησαυρὸς μέγας ἐστὶ ἀγαθὸς φίλος,

& ea excipiuntur humaniores literæ gratia,
ut ultrò etiam eximii se passim offerant patro-
ni, quorum splendore, munificentia & autho-
ritate contra æmulorū pariter & fortunæ in-
fultus tueri se nullo negotio possunt. De aliis
non dicam; cum unicū Illustris Viri Henrici
de Stange, Patris Musarum, exemplum mihi
sufficiat: cui literatissimo Equiti ingentem me
ac propè solum studiorum meorum fructum
debere ne hic quidem subticere possum. Cæ-
terùm præter dignitatē materiæ, qua sanè me-
liorem nemo Poëtarum unquam suscepit, si
quicquam in hoc carmine quæris, omninò
frustra es. Quæ mea tum scribentis conditio
fuerit, quam gravissim⁹ me morbus invaserit,

A 3

quibus